

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd grauiter mulctati erant, qui eo tempore fidě Nicænam profitebantur,  
& de Agelio nouatianorū Antistite. Cap. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

SOZOMENI HISTOR.

Quod grauiter multati erant, qui eo tempore fidem  
Nicenam profitebantur, & de Agelio nou-  
atianoru*m* Antisite. CAP. IX.

NON dissimilibus porro afficiebatur incōmodis eti-  
lli, qui Constantinopoli doctrinā concilij Niceni  
propugnabat. Quorū incōmodorū socij fuere quoq;  
Nouatiani. Nā imperator cū reliquos oēs vrbe exigi, tum  
ecclesias Nouatianoru*m* occludi mādauit. Ceterorū autem  
ecclesias non erat causa, cur occluderet. Nam iam pridem  
ex, regnante Constantio, ipſis ademptæ fuerant. Quine-  
tiā Agelium, qui temporibus etiam Constantii ecclesias  
Nouatianorum Constantinopoli p̄fuerat, multauit ex-  
ilio. Is quidem dicebatur vitam cum summa omnium ad-  
miratione secundum leges ecclesiasticas instituisse. Vi-  
xit enim (quod in pia vitæ ratione ac disciplina facile pri-  
mas obtinet) à pecuniarum possessione liber: atque ip̄s  
vitæ institutio illud planè declarauit. Nam vna solum v-  
tebatur tunica, & sine calceis semper incedebat. Non ita  
multo post ab exilio reuocatur: suas ipsius recuperat ec-  
clesias, & conuentus liberè ac sine metu agit. Quarum re-  
rum Marcianus quidam causa extitit: vir sane cum vita,  
tum doctrina admirabilis: qui iam olim quidem in regia  
satellitem egetat, at iam tum presbyter sectæ Nouatianæ  
erat, docebatq; filias imperatoris Anastasiam & Carolam  
præcepta Grammaticæ: quarū nominibus sunt balnea Cō-  
stantinopoli etiamnum appellata. Itaque ob reuerentiam  
erga hunc & gratiam, hæc, quæ modo diximus Nouatia-  
nis concessa sunt.

De Valentiniano iuniore & Graciano, & perse-  
quitione quā excitauit Valens, & quod qui  
consubstātiale tuebātur, ab Arianis & Ma-  
cedonianis diuexati, Romā legationē mittūt.

CAPUT X.

SVB tempus imperatori Valentiniano in occidente filius natus est, patris nomine nuncupatus. Non multo post filius eius Gratianus, quē anteq; regimē suscepisset  
imperijs,